

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In subitum terrorem. Emblema CXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In subitum terrorem .
EMBLEMA CXXIII.



EFFUSO cernens fugientes agraine turmas:
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

COMMENTARIUM.

I. **F**AVNVS homo semicaper (qualem descripsimus supra Emblem. 74. & 98.) redimitus eruce folijs, currenti similis affingitur, manu gerens magnum cornu: ubi vellem cornu tortile exprimi, quale Græci κέχλωρ appellat, nã tale Pan inuenisse dicitur. Ante hunc conspiciuntur equi cū suis fessoribus citatissimo cursu aufugere. Leonicus lib. 2. de var. hist. cap. 24. narrat, Faunos, qui etiam Satyri & Siluani appellantur, esse monstra Aethiopica, specie humana, cornigera, barbata, & caprinis pedibus, velocissima, & valde luxuriosa.

Fauni.

II.

Ex Poliani auctoris Græci Stratagematōn lib. primo tractum id emblemata

deo: sententiam ita reddere est Minos conatus: Pan Bacchi dux fuit. Is Pan primus aciem inuenit, quam phalangem nominat. Dextrum etiam & sinistrum cornu instituit: quæ causa fuit cur ei cornua tribuantur. Primus etiam fuit, qui arte & caliditate hostes intercept. Cū enim alii quando qui missi fuerant exploratum, retulissent hostes in altera sylvæ cōcauæ parte castra metari, Pan eo accepto nūcio suis præcepit, vt ingētem clamorem tollerent, quibus ita conclamantibus, locis cauernosis sonus exceptus multo quidem maior exauditus est: quare perculti metu, hostes, statim se in pedes contecerunt. Quo strage-

Origo eor-
tissima
Emble-
matis

Pan dux
Bacchi,
& eius in-
uentum.

LI tago

tagemate cum Pan fuerit vsus, Echo Panica esse fingitur: ideoque vani nocturnique terrores Panici dicuntur: hæc ferè Polianus. Alij verò ad hunc modum explicant, sed non ita scite & verè, meo quidem iudicio. Putauit antiquitas Pana pastorum Deum repentinis terrores & animi consternationes immittere vsque admodum impotentes, ut non ratione modò, verum & mente careant: quemadmodum non raro vsu venire solet in exercitu, cum nulla mouente causa equi atque homines perturbantur. Phornutus Panicos terrores ait dici de repentinis & sine ratione factis: ita enim nonnumquam greges atque armenta iacere videntur, cum sonitus aliquis vel strepitus surgit in siluis, aut è speluncis, aut ex terræ cœuicinis. Theon Arati interpretis ait, Pana Deum militasse aduersus Titanas, primumque cum videri conciliam illam totilem & turbinatam, qua pro tuba vtuntur, inuenisse, quæ Græcè κρόλος appellatur: factumque ipsius opera, ut se armati socijs interim fieret copia, dum sonitu illo quocumque qui panicus vocatur, insugam Titanes agebantur. Plutarchus in apophthegm. Epaminonda Thebano exercitum ducente, nunquam panicus & repentinus terror in castra incidit. Item alius est placidus Plutarchi locus de Panico illo tumultu, in vita M. Antonij, quo loco tractat expeditionem Parthicam. Magnus enim metus incessit Antonij milites, ob auriæ quædam vasa Mithridati libere aiter ab Antonio data. Hic terror Gallos inuasit, cum Brenno Duce Delphos prædaturi accesserant. Terrores quippe, inquit, nulla certa causa existentes à Panico oriri produntur. Silius lib. 13. Punicorum, scribit hoc terrore Panico Annibalè fuisse petulsum, cum ad vrbis moenia accessisset eam expugnaturus. Apud Suidam Polybius ait: Cum Luna defectum esset passa temporibus Persei, Macedonum Regis, vulgò rumor increbuit, hoc quasi ostento regis mortem significari. Quæ res effecit, ut Macedones consternerentur, ipsique Romani animos sumerent. Panici terrores quoque mentionem facit Cicero in epistola ad Tyronem, quæ posita in postremo familiarium volumine; sic enim ille: Et si Atticus noster, qui quondam me commoueri πανικός intellexit, idem semper putat, nec videt quibus præsidij Philosophiæ sepeus sum; hercle quod timidus ipse est,

Panici in multus ac terrores.

κρόλος.

θορυβοποιεί. Quo item verbo idè Cicero vtitur in epistola ad Atticum lib. 5. Scis enim, inquit, quædam πανικά dici. Sic etiam Nicetes Choniates non spernedus auctor, Panicotum meminit phatasmatum in sua quapiam oratione. Sed & Nonnus Poeta Dionysiacum 10. furentè describens Athamanta, nunc infano Panos flagello furiatum ait: nunc intra ipsius aures bombum illum insonuisse Panici Saturnij flagelli, verba ita habent:

Οἱ σπινθήες Ἀθάμανος μανιάδου παῖτος ἰμάσθλη.

Αἰεὶ δὲ οἱ ἐνδον ἀκουῆς.

Agitatus Athamans infano Panos verberè semper verò ipsi intra aures.

Item:

πανιάδος κροῖνης ἰπιβομῆς δῶπος ἰμάσθλης.

Panici Saturnij inf. nat. bombus flagelli.

Hæc ferè, & alia plura habentur apud Politianum Miscellan. 28.

EFFUSO agmine] Fusis copijs, disperso & perturbato exercitu. Metaphora ab aliquis ad milites.

Turmas] Turma est ordo militaris & equitum; sic dicta quasi turma, vel terdena, quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Rhammenisium, & Lucerum fiebant: constabat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat, Decurio dicebatur, ut Varro & Vegetius tradiderunt.

Faunus] Faunus alias Pã, Deus rusticorum & pastorum à Poëtis fingitur, nemoribus & altis montibus gaudens, de quo Virgil. 3. Georg.

Pan enim custos.

Onidius 2. Pastor. Horat. 3. Carm. Ode 18. Macrobius, & nos supra. Mantuanus: Et si monticolos Faunos vel Pana videbis. Huius cornua credebantur immittere terrorem, ut diximus. Vnde etiam illud:

--- Escapripes concussit cornua Faunus.

Fa it Faunus filius Pici, Latiniq; pater, Aboriginum rex apud Virgilium. Post mortem Deus habitus est, dictus, ut ait Seruius, à fando, id est, vaticinando. Poetæ Faunos, Siluanos, Panes, Satyros sæpe pro eodem ponunt. Sidonius distinxisse videtur:

Pan panidus, Fauni rigidi, Satyri petulantes.

Ex iam dictis satis superque constat, veteribus creditum fuisse, Pana repentinis timores & animi perturbationes hominibus immittere, sed omnino inanes, quales

III.

Turma.

Faunus.

IV.

Multa inania belli

plerumque in bellis accidere solent. Vnde κενὰ τῶ πολέμου. Id quod significat Cicero pro Cæcinnâ: Exercitus, inquit, maximi pulsi fugatiq; sæpe sunt terrore ipso, impetuq; hostium, sine cuiusquam non modò morte, sed etiam vulnere. Huc refer prouerbia, Panicus casus. & Inanis metus. & Multa belli inania. Diodorus lib. 1. ea de re non nihil. Quo autem piaculo taccam pulcherrimos Valerij Flacci versus super hoc ipso, positos in lib. 3. Argonautic.

Valerij Flacci locus de terrore Panico.

---Dant, inquit, aethere longè Signa tuba, vox & medijs emissa tenebris: Hostis habet portus. soliti rediere Pelasgi, Rupta quies, Deus ancipitem lymphauerat urbem

Migdonia Pan iussa ferens sanissima matris;

Pan nemorù, belliq; potens, què lucis ab oris Antra tenent, patet ad medius per denia noctes

Setigerù latur, & torua coma sibilat frontis. Vox omnes super una tubas, qua conus, & enses,

Qua trepidis auriga rotis, nocturnaque muris

Claustra cadunt, talisq; metus non Martia cassis,

Eumenidumq; coma, non tristis ab aethere Gorgo

Sparserit, aut tãtis acie raptauerit umbris. Ludus & ille Deo, pauidum praesepibus auferre

Cum pecus, & profugi sternunt dumeta inuenci,

Quin etiam lib. 6. apud eundem barbarus quispiam ad tertorem incutiendum simula laca Panos praetulit. Sed & Sozimus historiae Graecus auctor lib. 3. dicit, quempiam apparuisse pellicum, mōstroso aspectu, Albanis, Romanisq; praelium commissuris. Etenim Deum Pana belligerum fuisse vel ex argumento Nomi cognoscimus, vel ex Theocriti fistula. Eundemque fuisse Atheniensibus auxilio contra Persas alibi legimus, De Panico terrore Mart. Anton Delirius in Adagijs sacris, Cominaus lib. 7. cap. 11. Quid si quis referat ad eum pauorem, qui omnem sapientiae vim ex animo expectorat? vt ait ille: vel ad consternationem terroremq; cui viti etiam fortissimi non possunt esse aliquando pares: non videbitur abhorretere fortasse à mente

Pan belliger.

Alciati. Rectè siquidem Pindarus: ---φόνος ἀνδροδύμας Ε' παυσον δ' ἄλλων θρηναῶν. Timor virorum domitor Adimit fortitudinem animis.

Opinio tamen praecipua ac volatica, & quae Aristoteli non temerè comparatur cū stantis Dædali volitantibus, ea perinde se habet vt fama,

---malū quo non aliud velocius ullum, Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo: Parua metu primo, mox sese attollit in auras,

Ingrediturque solo, & caput inter nubilæ condit

Et quid tandem? opinio sæpe terrorem inducit, hincq; cōsternationem, quæ sapientiam omnem ex animo expectorat. Nos nō deficit exemplum domesticum proximi tumultus Gallici infanda suscepti occasione, nam qui in maxima trepidatione praefuerunt, omnia terroribus miscuerunt, dum suppetebant cataphracti centum, iactabant mille; si trecenti vel quadringenti pedites, aiebant esse decem, aut duodecim millia: exterorum copias auxiliares nō nisi multitudine innumerabiles habere se dicebant: imò tanquam castra Xerxis, aut Turcæ principis magno apparatu nobis obiciebant. Sed quid illis inflabat cornua? vanitas, impostura, perfidia, furor, rabies, & mēta iniquitas sibi. Mathæus Bossus Epistola 60. de Ludouico Sfortia: Qui & fidos atq; optimos in eum suos populos spoliauerat opibus atq; pecunijs, per execrabiles atq; nefarias exactiones & multas, vt tali rapina ditatus, omne ferme solus aurum possideret Italiae, suorum ciuium & omnium penè hominum in suam perniciem (quod est auaritia) odio contracto, adeo vt vix audito quod Gallicus aduentaret hostis, nullis amicis agnitis, sed sibi quoq; diffidens, dimissis vrbibus, oppidis, castellis, arcibusq; munitissimis, timore scemineo, ac veluti damula, vitam fuga sibi quaerierit, &c. Scriptum reliquit Sigebertus, quo modo Anno 900. per leporem capta sit Roma. Cum enim Arnulphi Imperatoris à Pontifice Formoso propter seditionem ciuium euocati, milites lepusculum verus Vrbem fugientem insectarentur cum clamore, Romani timore exanimati sese de muro deiecerunt, & hostibus per factos acervos murum ascendendi locum dederunt

Opinio Aristoteli non temerè comparatur cū stantis Dædali volitantibus, ea perinde se habet vt fama,

Ludouicus Sfortia.

Roma per leporem capta.



runt. Vide plura apud Quercetanus Dix-
ter. Polyhist. Sect. 1. c. 8. Vt hæc missa fa-
ciam, succurrit illud apud Ovidium Pene-
lopes ad Vlysem :

*Quando ego non timui grauiora pericula
veris ?*

& deinceps :

In te fugebam violentos Troas ituros :

*Nomine iu Hectoreo pallida semper erã .
Idem in epistola Laodamiã pulchrẽ affe-
ctum timoris exprimit :*

*Nos sumus incerta : nos anxius omnia co-
git ,*

*Qua possunt fieri, facta putare timor .
Omnia sanè mala plus terrere solent eos ,*

*Timoris
effectus .*

qui ipsa futura expectant , quàm vbi iam
acciderint molestare. Metus enim tam im-
probus est, vt multi rem , quam metuunt,
ipsimet anticipet. Vt qui in naui tempesta-
te periclitantur, non expectata submersio-
ne nauis, manus sibi prius inferunt. Quem-
admodum aues (inquit Seneca epist. 75.)
inanis fundæ sonus territat: ita nos non ad
actum tantum excitamur, sed ad strepitum
inter suspecta malè viuicir. Infirmus ani-
mus antequam malis opprimatur, queri-
tur ; præsumit illa , & ante tempus cadit .
Quid autem dementius, quàm angi futu-
ris, nec se tormèto reseruare, sed accesse-
re sibi miserias ?

In Illaudata laudantes .

EMBLEMA CXXIV.



INGENTES Galatum semiermi milite turmas,
Spem præter, trepidus fuderat Antiochus :

Lucanum